



V, 82.

2.417a



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
HERMVNDVRORVM  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XXVII

---

VT  
SERENISSIMO. PRINCIPI. AC. DOMINO  
D O M I N O  
FRIDERICO. CHRISTIANO  
MARGGRAFIO. BRANDENBVRGI. PRVSSIAE. DVCI

RELIQVA  
PATRI. PATRIAE. OPTIMO

D. XVII. IVLII. MDCCCLXV  
N A T A L E M

Q. D. B. V  
AVSPICATISSIMVM  
CVM. CVRIANO. SVO  
QVA. PAR. EST. PIETATE. EANT. GRATVLATVM.  
PROCERES. CIVES. Q

ROGITANS  
OFFICIORVM. IN. QVEM. Q. OBSERVANTISSIMVS  
GYMNASII. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CVRIAE. REGNITIANAE

LITERIS. IOANNIS ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP



## SECTIO II.

## QVID HERMVNDVRORVM TERRA COMPLECTERETVR?

HERMVNDVRORVM *terram* ostensus sibi caueat, ne hac illacue lis ei moueatur. Quod si igitur de *dubia* fuerit lis perorata; *vera* conclamabitur.

## INTERSECTIO I.

## QVAENAM HERMVNDVRORVM TERRA DVBIA?

HERMVNDVRORVM *terram dubiam* reddit *Albis*, reddit *flumen sale fecundum*.

## PARS I.

## HERMVNDVRORVM TERRA AN AD ALBIM?

## INDEX DICTORVM,

## §. I. Quinam fluius?

## §. I.

**C**omuni veterum 1.) suffragio HERMVNDVRORVM *terram* adluit *Albis*, 2.) *Albius*, 3.) *Albaue*, 4.) medii aevi *Albes*, 5.) *Albia*,

1.) Proditorum iam superiori Secti-  
one Int. I. Part. III. §. IIII.

2.) Strabonis *Γεωγραφ.* Lib. VII. p.  
446. 448. et 451. Melae de Sit. Orb.  
Lib. III. Cap. III. Velleii in Hist. Rom.  
Lib. II. Cap. CVI. n. 2. Senecae in Me-  
dea vs. 374. Flori in Epit. Rer. Roman.

Lib. III. Cap. XII. n. 26. Plinii in Hist.  
Nat. Lib. III. Cap. XIII. Lucani Pharfal.  
Lib. II. vs. 51. iam indice Hermanni Cor-  
neri Chronico ab Eccardo Corpori Hist.  
Med. Aeu. Tom. II. p. 469. inserto, item  
Suetonii in August. Cap. XXI. Taciti  
in Annal. Lib. I. Cap. LVIII. n. 5, Lib.  
II. Cap. XIII. n. 6. Cap. XVIII. n. 1.

*Albia*, 6.) *Albea*, 7.) *Albus*, 8.) *Helbia* 9.) ex *Elbe*, cui *H* praemis-  
 O o 2 sum,

Cap. XXII. n. 1. Cap. XXXI. n. 2. Lib. III. Cap. XXXVIII. n. 3. et de German. Cap. XXXI. n. 3. Solini in Polyhist. Cap. XXVIII. Claudiani in Laudib. Stiliconis Lib. I. vs. 225. Mamertini in Genethiaco Maximiano dicto Cap. XVI. n. 4. et in alio Paneg. Cap. XXI. n. 5. Nec aliter fuit scriptus Rauennati anonymo in Geogr. Lib. III. Cap. XVIII. vbi tamen et Lib. I. Cap. XI. ipsi quoque, quam adluit flumen, terrae idem nomen, quod agnouit et Eckhartus Rer. Francie. Lib. I. §. II. et III. posterius ad Cap. 2. referens, qui error ex II. natus operis, quibus hoc visum II. Nec respuunt plane id scriptores medii aevi.

3.) Marciani Heraclotae inter Geograph. Oxon. Vol. I. p. 51. immo ante eum Ptolemaei Γεωγραφ. ἸΦηγήσ. Lib. II. Cap. XI. bis, cuius quidem interpretes Latini *Albim* exhibent, quod nescio quibus ex exemplaribus ipsi geographo ferunt acceptum Cluuerius in Germ. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII. Henelius Siletiogr. Cap. V. §. 37. Kirchmaierus ad Tacit. Germ. Cap. XXXI. extr. et Spenerus in Notit. Germ. Antiq. Lib. II. Cap. II. §. X. sub (c) p. 75. Illud tamen quoque Dio Casius Ἰσορ Ραμμαικ Lib. LV. suggerit, in quo τὸ Ἰαλβίου pro Ἰαλβιον gignendi casu occurrere monuit post Cluuerium Henelius. Nec morabitur quemquam ἀλογίος Crullii Teutonici Part. I. Lib. III. Cap. I. p. 49. Sueviae Annalium, qui eam versionem versauit, in qua Graeca quaeque eo turpius comparent, quo versator in Grae-

cia prisca aequae ac recentiori ipse Crusius. Sed et ad Flori Lib. III. Cap. XII. n. 26. indicauit Gracuius, Rykianum et aliorum scriptorum codices offerre *Albium*, vt Franekeranae Academiae *Alpium* Dukerus. Prius et nouit Gerdesius emendatus in Leibnitii Script. Rer. Brunswic. Tom. II. p. 764. ita tamen, vt et *Albus* ibi conspiciatur.

4.) Vopisici in Probo Cap. XIII. vbi, si audias Casaubonum et Gruterum, *Albis* scribendus. *Albam* tamen et typi dederunt in Dlugoski Hist. Polon. Lib. I. p. 7. Sub isto Vopisciano latere visum fuit alicui supra Sect. I. Interf. II. §. XXIII. plane alius fluiuius.

5.) Vti quidem Geographo Rauennati Lib. I. cap. XI. scribitur *patria*, quae huic idem ac *regio*. Cum vero ex eiusdem Lib. III. Cap. XVIII. satis patet, illam ei dici ex fluuio cognomine; ita quoque dictus fuerit fluuius. Conferas Eccardum ad Leibnitium de Orig. Francor. §. X. Leg. Salic. et Ripuar. subiunctum p. 251.

6.) Male ex sententia Kirchmaieri ad Tacit. German. Cap. XXXI. extr. fecus sententibus Cluuerio in Germ. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII. Junkero in Introd. in Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. II. Sect. I. p. 126. Rothio de Chaucis Cap. III. §. V. n. 26. in S. R. Pratii Collect. Rer. Bremens. et Verdens. I. Obseru. p. 98. et longe prius Althamerio ad Tacit. German. Cap. XXXI. extr. Est autem illud Helmoldi in Chron. Slauor. Lib. I. Cap. VI. et XV. Adami

sum, 10.) nata, qua non nisi vocalium vicinorum permutatione 11.) distat *Albe* 12.) et transpositione literarum *A* atque *L* 13.) Slauorum

Bremenfis in Hist. Eccles. Lib. II. Cap. XXII. et Lib. III. Cap. XXXI. Alberti Abbatis ad annum 10000LXXXVIII. p. III. Poetae anonymi in Annal. de Gest. Caroli M. Lib. II. vs. 40. in Schilteri Script. Rer. German. p. 10. Reginonis in Chron. Lib. II. ad ann. 1000LXXX. in Pistorii Rer. Germ. Script. Tom. I. p. 28. et 29. ad ann. 1000LXXXIII. atque 1000LXXXVIII. item p. 30. ad ann. 1000LXXXVIII. p. 31. ad ann. 1000LXXXV. p. 35. ad ann. 10000III. p. 37. ad ann. 10000VIII. Hermannii Contraßi in Chron. ad ann. 1000LXXXVIII. et 10000X. in iisdem Pistorianis p. 129. Auctoris Addit. ad Lambert. Schafnaburg. eorumdem p. 434. Sieberti Gemblacensis Chronograph. ad ann. 1000LXXX. ibidem p. 554. Poetae Saxonis ad ann. 1000LXXXVIII. Dlugosii in Hist. Polon. Lib. I. p. 7. Versuum antiquorum de Vicelino Episc. Aldenburg. in Leibnitii Script. Rer. Brunsvic. Tom. I. p. 774. Vnde ipsa regio flumini adiacens *Albia* in Geruasio emendato inter ista Leibnitiana Tom. II. p. 764. Vnde eiusdem accolae *Albiani* in Annalissa Saxone ad an. 1100X. in Eccardi Corp. Hist. Med. Aeu. Tom. I. p. 625. Vnde vltra *Albim* habitantes *Transalbiani* in Eginhardi Annal. ad ann. 1000LXXXVIII. et Reginone ad ann. 10000III. a Pistorio edito Tom. I. P. 35.

7.) Quo pacto scribi in literis Pontificum Romanorum adfirmatur ex *Albini* Chron. Misn. Tit. XXIII. p. 323.

in Geograph. Nou. Itiner. Europ. Vol. I. Lib. I. Cap. I. §. 4. Sed et ita in D. Hydrograph. Vniuers. German. p. 136.

8.) Cuius iam memineris ex distis paullo ante n. 3. sed in Geruasianis ab eorum editore reformati. Eumdem apud Mercatorem in Tab. Bohemiae legit Kirchmaierus, vt scripsit ad Tacit. Germ. Cap. XXXI. extr. quem ego illam tabulam oculis intentis obiens inuenire adhuc nequiu. Repetiit hoc nomen denuo D. in Lex. Hydrograph. German. Vniuers. p. 136.

9.) Quod in mediae aetatis scriptoribus obuenerit sibi prae se fert Iunkerus in Geograph. Med. Aeu. Part. II. Cap. II. Sect. I. p. 126.

10.) Quam varietatem vel iam in ipso HERMVNDVRORVM nostrorum nomine supra Cap. I. Sect. I. Intersect. II. §. VIII. deprehendimus pluribus exemplis demonstrandam in nostrae Notitiae Hermundurorum Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. V.

11.) Qualia plura adtuli supra Cap. II. Sect. II. Intersect. II. Part. III. §. V. Ad *Albim* autem retulit Schilterus in Thef. Antiq. Teuton. Tom. III. p. I.

12.) Eiusdem illius Iunkerii.

13.) Quod iam viderunt Stranskus in Republ. Boiema Cap. I. et Henelius in Siletiograph. Cap. V. §. 37. p. 596. adprobauitque Wachterus in Glosar. German. Tom. I. p. 361.

rum 14.) *Laba*, 15.) *Labe*, 16.) *Labbe*, 17.) *Labia*, 18.) hinc *Labinus*, 19.) et, commutatis siue *A* 20.) ex *Alba*, 21.) siue *E* 22.) ex *Elke* 23.) cum *I*, *Ilba*, 24.)

O o 3

Ex

14.) Apud Cosmam Pragensem in Chron. Boem. Lib. I. p. 3. et in Menkenii Script. Rer. German. Tom. I. p. 1971. Dubrauium in Hist. Bohem. Lib. I. non longe a principio, Dlugosium Hist. Polon. Lib. I. p. 7. Albinum in Chron. Terr. Misn. Tit. XXIII. p. 324. Clucrium in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII. Mercatorem in Atlante per Hondium absolutum p. 287. Schwenkfeldium in Silesia a Zellero in Memorabil. Hirschberg. Part. II. p. 37. adpellatum, Zeillerum in Topogr. Bohem. p. 142. Pregizerum de Gent. et Regnor. ex Sueuis Contin. §. X. in Wegelini Thef. Rer. Suevic. Vol. I. p. 265. in Geographia Nou. Itiner. Europ. Vol. I. Lib. I. Cap. I. §. 4. et Buschingiana Part. III. Introd. §. 7. n. 4. item in D. Lexic. Hydrograph. German. Vniuers. p. 136.

15.) Quod de *Albi* interpretatus est Schwarzius ad antea nominatum Cosmam, quem ad modum et modo laudati Albinus, Zeillerus, Pregizerus et Geographi recentissimi.

16.) Leibnitii de Origine Francorum §. XI. extr. a typis Eccardianis in *Labe* corruptum, in calce tamen istarum Le-

gum Salicarum et Ripuariorum genuinum *Labe* reddentibus, item Wachteri in Gl. Germ. p. 361.

17.) Henclii Silesiographiae Cap. V. §. 37. p. 596. et Erberi V. Pl. R. in Notit. Regn. Bohem. Part. II. Cap. V. p. 60.

18.) Qualem dici perhibet Schoetgenius in Spicileg. Diplom. Hist. Saxon. Super. Part. II. Obseruat. I. §. 6. p. 184.

19.) Quem Latine scribentibus adhiberi adfirmat Auctor Lexici Hydrographici German. Vniuers.

20.) Quam in rem iuuabit constituisse Wachterum in Glosfar. German. Proleg. Sect. III. §. IIII. sub *A* atque hos nostros Hermunduros supra Cap. II. Sect. II. Int. II. Part. III. §. V.

21.) Supra n. 4. in medium posita.

22.) Quod subinde contingere docuit Cap. II. Sect. II. Intersect. II. Part. III. §. V.

23.) De quo paullo ante post n. 8.

24.) Quam produxit Althamerus ad Tacit. German. Cap. XXXI, extr.



Ex Albi vero ad Moenum rubrum, vbi videas PATREM patriæ CLEMENTISSIMVM incolumem. OPTIMO pro PRINCIPE votis præcibit Pl. R. Patris liberalitate iam rarissima adolescentium bonæ indolis par

NICOLAUS MATTHIAS WILHELMVS ROTH Conradi rutanus a Secundo doctus, ne nobilissimis quidem adolescentibus locum fuisse Romæ, nisi aliquo consulari producente, produci se permisit *C. Cornelio Tacito*, si vel, quod quidem visum olim fuit fere nulli non parum temporis rationem habenti, *numquam Gallicæ Belgicæ procurator nec Germaniam viderit*, qui testatur, maiores nostros *sumpsisse duces ex virtute, qui exemplo potius quam imperio admiratione præfunt*, quod in SERENISSIMO FRIDERICO CHRISTIANO adhuc vsu venire celebrabit, piaque vota pro EO nuncupabit sermone nostratium.

IOANNES FRIDERICVS ROTH prioris frater germanus hinc habebit, quod ore Latii inculcet ex Plinii Panegyrico, in quo ad umbilicum venimus: *Intelligamus bona nostra dignosque nos probemus vsu PRINCIPIS casti, sancti, Deo simillimi.*

Laudabili horum pietate contenderint pro indole ipsorum in OPTIMVM PRINCIPEM deuotissima, nisi inuiti fuisent antea auocati, nostrorum aliud par. En id!

IOANNES THEOPHILVS HAGEN nouem abhinc annis egrediebatur e domo Viri Pl. R. Christiani rem diuinam in vicorum proximo Koeditio facientis integerrime sex fratrum vna fere ferie natorum maximus. Quoties de Curiani gymnasii ciuium profectibus in literis et moribus quaestio habebatur, toties



toties adolescens bene audiebat doctoribus ad vnum omnibus. Cui enim ea, quae illi, in Deum et homines religio, vt adhuc semper omen valuerit praerogatum; eum non dilexerint omnes boni, cui singularis plane omnium commodis inferuendi animus ac promittudo plane insolita. Magistrorum suorum imperata, quae a prauis pene vi extorquenda, exsequebatur, quam poterat fieri, ad amissim perinde ac celerrime. Quod alius multo ante rogatus et identidem admonitus fugit, id sponte obibat, obiturusque esset saepius, ni domi res angustior. Non tamen passus est, quin in Martini sacris anni clolocclxii *de Gregorio VII. Pont. Max.* vernacula disereret, et anno post ore patrio nunc soluto nunc ligato gratularetur almae suae natallem ccxviii. *Hubertsburgi Saxonum reddita nostris quoque musis suo honore.* Pecisset, quae optabat, plura, si dedisset huic animo par corpus. Illi enim male adfecto sanando confugit ad opem Machaoniam Celeberrimi Kaldschmidii Ienam, simul daturus operam magistris academiae optimis potissimum in adsequenda religionis nostrae principiorum scientia. Quo citius autem hoc probissimo discipulo caremus, eo plus desiderii sui atque similitum reliquit, immo in ipsis aedibus, in quibus filii loco fuit habitus, Excellentissimi atque Summe Reuerendi ordinis sacri Antistitis longe Grauisissimi, quem ex acri et diuturno morbo conualescere cum maxime summo opere gaudet vniuersum gymnasium Inspectori suo immortaliter merito et in dies egregie merenti innumeris beneficiis obstrictissimum.



GEORGIVM ERHARTVM CHRISTIANVM BODENSCHATIVM  
 intra binos annos, quos Curianae Mineruae litauit, a tertia  
 classe in primam dignum prouexit sua virtus. In eo enim  
 adparuit, quam bene consulunt parentes suis filiis circum-  
 spicientes praeceptorem, vbi nulla est erroribus materia,  
 atque etiam domi continuo honestis artibus imbuuntur.  
 Id V. Cl. Hagenio gymnasii Conrectori dignissimo Collegae-  
 que coniunctissimo bene cesisse eo magis delectamur, quo  
 minus labori parcit in formandis adolescentibus suae curae pri-  
 uatissimae commisisse. Talem non licuit inuidere Patri Hein-  
 rico Neulini mercatori sagaci, cui adsit quam diutissime.  
 Reddidimus laeto augurio probum adolescentem in nuperis  
 Martinalibus publico confesfu dicentem vale ecloga eleganti  
 vernacula.

Nostris autem additurus in res patrias inquirendi calcar re-  
 probabo ex Ludouici Bauari Romanorum Imperatoris Augusti  
 in Serenissimam tum Burggrauiorum Norimbergensium Domum  
 propensissimi voluntate petentium *originem clientium in Austria*  
*inferiori locupletissimorum* AVGVSTAE BRANDENBURGICAE  
 GENTIS, atque veriozem docebo eiden-  
 tissimis documentis.



Yb 4473

1078

ULB Halle

3


006 302 904



20







CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON, NVLLO, IVRE  
HERMVNDVRORVM  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XXVII

VT  
SERENISSIMO, PRINCIPI, AC, DOMINO  
DOMINO  
FRIDERICO, CHRISTIANO  
MARGGRAFIO, BRANDENBVRGI, PRVSSIAE, DVCI  
RELIQVA  
PATRI, PATRIAE, OPTIMO  
D. XVII, IVLII, CIOCCCLXV  
NATALEM

Q. D. B. V  
AVSPICATISSIMVM  
CVM, CVRIANO, SVO  
QVA, PAR, EST, PIETATE, EANT, GRATVLATVM,  
PROCERES, CIVES, Q  
ROGITANS  
OFFICIORVM, IN, QVEM, Q, OBSERVANTISSIMVS  
GYMNASII, RECTOR  
PAVLLVS, DANIEL, LONGOLIVS  
CVRIAE, REGNITIANAE  
LITERIS, IOANNIS, ANDREAE, HETSCHELII  
GYMN. TYP